

Jacob Fabricius

**Rector Universitatis Rostochiensis, Jacobus Fabricius, Archiater & Professor Medicinae ac Superiorum Mathematum Ordinarius, ad exsequias, quas Uxori suae ... Angelae Bulten, pie denatae, ad horam primam ... parabit Vir ... Dn. M. Zacharias Deutsche, Ecclesiae ad S. Spir. Pastor vigilantissimus, Omnes Universitatis Cives ... invitat**

[Rostock]: Pedanus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422710>

Druck    Freier  Zugang



Fabricius, J.,  
in A. Bulten,  
uxor. Z. Deutsche.  
R. 1636.

6.







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,  
**JACOBUS**  
**FABRICIUS.**

Archiater & Prof. Medicinæ ac Supe-  
riorum Mathematum Ordinarius,  
ad exsequias,  
quas

Uxori suæ charissimæ, fæminæ pietatis, & honestatis, virtutum-  
que matronalium studiosiss.

**ANGELÆ BULTEN,**  
nata, ad horam primam hujus  
parabit

Vir Reverendus & Doctissimus

Dn.

**M. ZACHARIAS DEUTSCHE,**  
Ecclesiæ ad S. Spir. Pastor vi-  
gilantissimus,

Omnes Universitatis Cives, eâ quâ decet, diligentia  
vocat & invitat.



---

Litteris Vidue JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.  
Anno M. DC. XXXVI.

RECTOR  
Academie Rostochiensis,  
**JACOBUS FABRICIUS;**  
Archiate & Prof. Medicinæ ac Su-  
periorum Mathematum Ord.

Riste quidem & admodum lu-  
ctuosum est, quoties societatem  
conjugum, sese sincero & mutuo  
amore, absque dissidentia & mo-  
rositate ardenter completem-  
tum, ac concordi animo & voce,  
quod vinculum amicitiae firmis-  
simum, quotidie Deum invo-  
cantium & celebrantium, per mortem distrahi & divel-  
li intuemur. Laudat tale conjugium eruditissimus suis  
versibus Gregorius Nazianzenus, qui cum memoria  
studiosorum sint dignissimi, meritò hic subjiciuntur;  
Εἰς τὴν οὐρανὸν μελίφερον ἔσθλον ἐρειστα.  
Συγγένης διπλάνης ἡ γάμου καὶ αναλκυνέζυξε  
ἀδηλοτεχέρες καὶ βατεῖς καὶ πίδες ἐσρύδε  
ἔννατη μελεδώνας ἐλαφεῖζον ἀνίας.  
ἔννατη δέ φερόντας γλυκερά περιτιαμφοτεστον  
αλητίς δέ αμφοτεστον περιτιαμφοτεστον πειθων.

συγγένης

Συζυγίη, καὶ σφεντοῖς ἀναγκαῖς φιλότητος  
Συμφύεται σύρχεσιν, ὁ μόφενες δασέλευτος τε  
κέντρον ἐν ἀληθείᾳ πάθα γίγνοντας ὄμοιον.  
Χρεοῖ τελεστέρη τλεῖον θεὸν ἀποφασίπων.

Quam conjugij felicitatem cum in hâc vitâ etiam cognorit vir Reverendus & doctissimus, Dn. M. Zarchias Deutsche Ecclesiæ ad S. Spiritū Pastor apud nos vigilantissimus, ducendo virginem optimè moratam, honesto loco & integerimis parentibus, anno 1608. circa festū Johannis Evangelistæ, in vicinæ Holsatiæ urbe Oldeschloā natam, tanto majus etiam illum jam nunc vulnus, hoc immaturo & inopinato conjugis dulcissimæ obitu, cordi infictū circumferre necessum est, ut pote qui confortem vitæ & quotidianæ invocationis sociam, sibi, suisque liberis nimis citò creptam & videt & dolet: cuius luctus magnitudinem nemo judicabit, qui similia non est expertus. Eriget verò se, & qui alios consolari solitus est, unicam istam & firmam in hisce dolorib⁹ consolationem animo suo fortiter imprimet, quam Spiritus Sanctus per Evangelium in nostris cordibus obsignat: Quod certò sciamus, omnes, qui veram de Deo & filio ipsius, Domino nostro Jesu Christo, doctrinam agnoverūt, & constanti fide amplexi sunt, & in filio Dei, humani generis servatore & mediatore acquiescentes, ex hâc vitâ discesserunt, nō interire & extingui, sed certò traduci ad consuetudinem Dei, & Ecclesiæ cœlestis, ubi coram Dei facie, justitiâ, sapientiâ, luce & ineffabili lætitia in omnem æternitatis æternitatem fruentur, & ubi paullò post eos rursus suavissimè videbimus & complectemur. Quò respexit procul dubio sanctissimus Cy-

prianus scribens : Non sunt lugendi accersione Domini-  
nicâ ex hoc seculo liberati, cum sciamus eos non amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficisci-  
entes & navigantes, desiderari eos deberi, non plangi, nec  
accipidas hic esse atras vestes, quando illi ibi alba in-  
dumenta jam sumpserint. Demum & Naturæ quâdam  
quoque lege fieri videtur, quod homo moritur, & Na-  
turæ tandem reddit, quæ ab eâdem accepit : siquidem  
à primâ Nativitatis horâ, ad vitæ finem subinde pro-  
perare pergimus ; nec est quidpiam in rebus humanis  
ipsa morte certius, quam semitam omnes calcare oportet,  
seu senes sint honorabiles, seu juvenes agiles, seu  
mediâ ætate constituti, ut propterea cum Ambrosio, in  
orat. de fid. resurrect. non inconcinnè exclamare quea-  
mus : Nihil absolu dius est, quâm ut id, quod scimus o-  
mnibus esse præscriptum, quasi speciale deploremus.  
Hoc etenim est animum supra conditiones extollere,  
legem non recipere, commune naturæ consortium re-  
cusare, mente carnis inflari, & carnis ipsius nescire men-  
suram. Neque tamen exinde concludere licebit, pro-  
cul à nobis omnem condolentiæ tristitiaeque affectum  
removendum. Id enim inhumanum & à περι Christia-  
nâ alienum foret. Quantumvis enim, ut recte sensit  
Augustinus, quidquid humando corpori impenditur,  
non sit præsidium salutis, est tamen humanitatis offici-  
um, secundum affectum, quo nemo unquam carnem  
suam odio habet ; quin & scriptura ipsa, non ipsum su-  
per defunctis luctum, sed tamē, tamque immodera-  
rum luctum & squalorem, qui iis convenit, qui spem  
resurrectionis non habent, prohibet, idque Christus  
suo


suo nos docuit exemplo, in historiâ Lazarî, ad quam  
Basilius magnus egregiis verbis interrogat, quomodo,  
qui Lazarû resuscitaturus erat, id quod evenit, lacru-  
mis dignum judicavit: & respondet, Manifestum est,  
quod undiquaque imbecillitatem nostram fulcens,  
mensuris quibusdam ac terminis necessarios affectus  
constrinxit. Incondolentiam velut ferinam declinans:  
tristitiae verò studium & lamentationum multitudi-  
nem, velut ingenerosum devitans. Quapropter illa-  
crumans amico, tum societatem Naturæ humanæ ipse  
demonstravit, tum nos ab excessu in utramque partem  
liberavit, neque emolliri ad affectus, neque stupido a-  
nimô ad tristia præditos esse permittens. Cœternm.  
~~longe~~ nostra, Fati inclem tam, morte utriusq; pa-  
rentis, circa annum ætatis octavum, ipsamet experta  
fuit: & erat Pater Regiæ Majestatis Dancrum Salinæ  
præfectus, vir honoratus & laudatæ fidei *Johannes Wulff*  
civis & negotiator industrios: Mater *Elisabetha Baden*  
Viri Reverendi & Doctissimi *Dn. Johannis Baden* Pasto-  
ris in Oldengamma, sub præfecturâ Bergersdorpiensi, si-  
ta, in den vier Landen / uti appellatur, Filia unica: Hisce  
parentibus nata, & pro infantilis, ætatis captu ab illis  
in veræ pietatis, cultusque divini principiis educata  
& ad mores probatos paullatim & laudabiliter adsue-  
facta, demum orphana, cum sorore unicâ, Catharinâ,  
nunc viri experientissimi & clarissimi *Dn. Francisci*  
*Burchardi Mitthoff*, Medicinæ Doctoris & Reipublicæ  
Hannoveranæ Poliatri uxore, apud peregrinos, usque  
ad nubiles annos vitam suam transfigere coacta fuit: Et  
meretur inter nutritios ejus, præ cœteris, singulare m.  
laudem

Iaudem vir Reverendus & Doctissimus, Dn. M. Joachimus  
Arpius, olim templi Cathariniani nobiscum, tunc Pe-  
trini apud Hamburgenses Pastor disertissim⁹, qui quod  
parentes in filiæ educatione feliciter inceperant, ad o-  
pratissimum finem deduxit, eamque toto decennij  
tempore & ultra, domi suæ, instar ex se natæ sobolis,  
ad omnem honestatem & pietatem, coeterasque virtu-  
tes sexū hunc ornantes informavit: Quib. egregijs animi  
dotibus Dn. M. Zacharias Deutsche/ cum annis præte-  
ritis 28. & 29. suorum negotiorum caussâ Hamburgi vi-  
veret, excitatus, eam honesto & inculpabili amore pro-  
secutus est, & in matrimonium sibi jungi ambiit & ex-  
ambiit; idque tandem 18. Junij anni præterlapsi 1632.  
publico & solenni ritu hic Rostochij consummavit.  
Ex eo tempore invicem laudabiliter, piè, pacatè & con-  
corditer vixerunt, ut quis mentem unam in binis dixis-  
set corporibus: Interea benedictionē diuinā mater fa-  
cta trium liberorum, unius filiæ, Annae Elisabethæ, ac du-  
orum filiorum, Davidis & Johannis, quos Deus moestissi-  
mo patri diu superstites esse jubeat. Deplorandum verò,  
quod gaudium tantum non potuerit esse diuturnius.  
Cum enim ante septimanas octodecim, à puerperij labo-  
ribus per Dei gratiam levata, solito more, Dominicā  
Quasi modogeniti, Deo gratias pro prole vivā actura,  
templum repetiisset, insequenti statim die pessimè ha-  
bere cœpit, ut indies enormiter aucta ægritudine, viri-  
busq; penitus exhaustis, non nisi cœlestia cogitaret,  
suiq; dissolutionem cum Paullo exoptans, cum Christo  
deinceps vivere desideraret. Cujus sui desiderii etiam  
compos reddita fuit, & postquam integras undecim se-  
ptimanas

ptimanas paullatim solidas & membranosas partes im-  
medicabilis Hectica occupasset & absumpsisset. Natu-  
ræ viribus morbi violentiæ imparibus, annum ætatis  
29. ingressa, animam suam, placidissimo vitæ exitu  
summâ cū adstantium admiratione ad cœlū exhalavit.  
Nostrî itaque officij erit, ut funeris deductione frequē-  
ti, honorē defunctæ debitum & postremum, in gratiam  
& solatum mœstissimi vidui, exhibeamus; Quod licet  
omnes Universitatis cives sponte suâ facturos confi-  
dam; id tamen ut faciant, publicitus singulos monco-  
hortorque. Conveniemus autem ad horam pomeri-  
dianam medium primam in æde Sancti Jacobi, ibiq;   
interea dum funus domo effertur, mortalitatem no-  
stram contemplabimur, cogitantes nunquam illam ve-  
hementiore dolore, sed gaudio potius, nunquam mis-  
ericordiâ, sed insigni animi nostri tripludio & benevolen-  
tiâ esse prosequendam. Quanta etenim & quam grā-  
tiosa mortalitatis datur cum immortalitate permuta-  
tio, si pro mortali, quod deponimus, id quod immorta-  
le est, recipimus, recipimus autem illud per mortem,  
miserum est, quod perdimus, beatum est quod inveni-  
mus, sed hoc per mortem invenimus; sordidum est,  
quod relinquimus; gloriōsum est quod assequimur, idq;  
per mortem assequimur; mors est, quam exuimus, vita  
est, quam induimus, hanc vero per mortem induimus.  
Quid ergo timemus, mortalitatis immortalitatem? quid  
miseriæ beatitudinem? quid sordium gloriam? quid  
mortis vitam? quid timemus, quid fugimus? mortale-  
seminatur, & resurgit immortale. Rident viri prudentes,  
si quis, cum tributa populariter sunt danda, lamente-  
tur & sortem suam accuset. Quid ita? quia omnes cum  
dant.

dant, non superbè solum sed stultè facit, qui se vult  
eximi, aut exsortem esse. In hoc humani generis tributo  
cur non sic affecti sumus? cur fatuâ mollitie querelam,  
& planctum miscemus? Hoc ipso enim quod homines  
nati sumus, mori nati sumus, & si quid ultra punctum,  
horam, diem, annum vivimus, donum est non debi-  
tum, & in gratiâ ac lucro ponendum. Verum nos to-  
tum illud obliviscimur, neq; attendimus, sed in tot mor-  
rientibus, qui quotidiâ occurunt, aut ingeruntur, u-  
nius quidem aut alterius mors nos movet, imo sâpè de-  
jicit, si quæ nos proprius attingit. Certè beati dicendi,  
qui in Domino moriuntur, nec pro mortuis habendi,  
qui eum sequuntur, qui vita est, in quem qui credût, et  
iam si sint mortui, optimè tamen vivunt, & infelicium  
horum temporum miseras & humanæ vitæ indicibiles  
calamitates atq; molestias deponunt, sicq; ad salutis &  
tranquillitatis portum translati collegio sanctorum An-  
gelorum assitantur, quod Esaias Propheta se vidisse di-  
cit, ubi Seraphin astantes Domino, alter ad alterum vo-  
ce altissimâ ingeminat: Sanctus, Sanctus, Sanctus est Je-  
hova exercituum, & totam hanc terram impleat gloria  
eius. Deus porrò nobis in hisce Martialis temporib,  
quib' fere Aristophanæum illud usurpabimus, *ζεῦς οὐ πο-  
νεῖται τέ τε θύμηι* sacrosanctum pacis Spiritum indulget,  
ut sedatâ irâ, injuriis perpetuâ oblivione deletis, demu-  
totius Germaniæ populus à bonorum direptione tutus,  
liberi à vastationibus agri, ab incendiis ædes immunes,  
à mortis periculo fortes viri vacui, nosq; omnes turba-  
rum atq; motuum omnium expertes, & securi rursus  
reddamur, idq; propter filium suum unigenitum, cui laus,  
honor & gloria in seculorum perennitatem. P. P. Sub  
Magistratus Academicis Sigillo die 19. Julij Anno 1636.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747422710/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422710/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747422710/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422710/phys_0016)

DFG

suo nos docuit exemplo, in historiâ Laz  
Basilius magnus egregiis verbis interrog  
qui Lazarū resuscitaturus erat, id quo  
mis dignum judicavit? & responderet, I  
quod undique imbecillitatem no  
mensuris quibusdam ac terminis nec  
constrinxit: Incondolentiam velut feri  
tristitiae verò studium & lamentation  
nem, velut ingenerosum devitans. C  
crumans amico, tum societatem Natur  
demonstravit, tum nos ab excessu in ut  
liberavit, neque emolliri ad affectus, ne  
nimo ad tristia præditos esse permitten  
~~mangae~~ nostra. Fati inclem tam, mo  
rentis, circa annum ætatis octavum, ipi  
fuit & erat Pater Regiæ Majestatis D  
præfectus, vir honoratus & laudatae fide  
civis & negotiator industrios: Mater E  
Viri Reverendi & Doctissimi Dr. Johann  
ris in Oldengamme, sub præfecturâ Berg  
ta, in den vier Landen / uti appellatur, Fili  
parentibus nata, & pro infantilis, ætati  
in veræ pietatis, cultusque divini prin  
& ad mores probatos paullatim & lau  
facta, demum orphana, cum sorore un  
nunc viri experientissimi & clarissimi  
Burchardi Mitthoff, Medicinæ Doctori  
Hannoveranæ Poliatriuxore, apud po  
ad nubiles annos vitam suam transfigere  
meretur inter nutritios ejus, præ cœter



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE633 Serial No.